

MCCLXXXII, indictione quinta, die sabati XXI die iunii. Dominus Rainerius de Yspera et socii, domini Sex officio camere comunis Mediolani deputati, quibus dominus capitaneus hoc negocium comissit^a exequendum, asumserunt in consiliarium dominum Araximum Zevam iurisperitum super petitione que fit ex parte domine abbatisse et capituli monasterii Sancti Apolinaris Mediolani, suo nomine et comunis loci de Opreno, occaxione cuiusdam condemnationis facte per iudicem inventariorum de comuni ipsius loci de Opreno pro terris dicti monasterii pro eo quod maiorificata fuit quantitas pro perticis LIII et tabulis X tempore ultime consignationis et occaxione extini, in quo comune ipsius loci positum est pro illa condemnatione vel occaxione ad solvendum et sustinendum fodra et talleas comunis Mediolani, et hoc ad consulendum atrum dictum extimum sit cassandum et minorificandum in libris et de libris comunis Mediolani et an possit vel non possit aliqua exactio talearum impositarum et imponendarum super illo extimo vel quid de iure fatiendum sit super predictis^b; mandantes precipiendo dicto domino Araximo ut audiat et videat iura dicti monasterii et comunis Mediolani et comunis dicti loci de Opreno, et consilium suum porigat dictis dominis Sex vel suis successoribus, si non fuerint in offitio seu fuerint mutati.

^a Segue parola cancellata. ^b vel-predictis nell'interlinea.

DLVII.

1292 luglio 4, venerdì

20 Francesco de Fontana giudice e assessore del podestà di Milano ordina a Gasparino de Cantono servitore del comune di recarsi, su petitione del monastero di Chiaravalle, dalle parti di Villamaggiore per ordinare a Giacomo Zurla e ad altri di far chiudere i fossati che danneggiavano il flusso delle acque dell'Olonza ai mulini del monastero.

25 Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 325, tav. 14, n. 140 (A). Copia semplice coeva, cucita con altro atto, *ibid.*, ivi, n. 140 bis (B).

In nomine Domini. MCCLXXXII, die veneris IIII mensis iulii. Dominus Francischus de Fontana iudex et assessor potestatis Mediolani precepit Gasparrino de Cantono servitori comunis Mediolani ut vadat, ad petitionem domini abbatis, capituli et conventus monasterii Claravallis, ad partes de Vicomaio et ad partes circumstantes et alibi, ubicumque expedierit, et precipiat ille servitor Iacobo Zurle et omnibus aliis et singulis quibus placuerit nuntio dicti monasterii et quos invenerit derivantes vel derivari volentes aquam de flumine Olone, que fluit ad molandina dicti monasterii, que dicuntur Molandina de Vicomaio^a, et mollandina^b de Sepezano ad fossatum castri^c de Sepezano ut per sacramentum et sub penna^d et banno librarum CC tertiorum pro quolibet et plus ad voluntatem dicti assessoris incontinenti stopent vel stopari fatiant omnia fossata per que derivatur aqua de illo flumine in preiudicium dicti monasterii et molandinis dicti monasterii, et quod de cetero illam aquam non derivent per illa fossata vel per alia fossata, et quod fossata aliqua vel aliquod aliud opus non fatiant vel fieri fatiant aliquod opus vel aliud laborerium per quod illa aqua possit derivari de illo flumine; et si quis voluerit contradicere, veniat coram dicto assessore ad terminum datum per servitorem, precepto rato manente.

Ego Petrus Bonatus notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi et signavi suprascripto servitori MCCLXXXII, die IIII iulii.

(ST) Egidius de Madina signavit.

^a Seguono parole cancellate. ^b mollandina così e nell'interlinea. ^c castrì nell'interlinea. ^d Così in A.

5

DLVIII.

1292 luglio 19, sabato

Guido Colliono notaio addetto alla riscossione dei fodri emessi dal comune di Milano dichiara di aver ricevuto da Bonifacio della Porta quanto dovuto per terre nel luogo di Ovari.

10

Originale in Biblioteca Trivulziana in Milano, Fondo Belgioioso, cart. 293, n. 11 (A).

MCCLXXXII, die sabati XVIII die iulii. Confitetur Guido Collionus notarius ad exigendum denarios IIII pro^a pertica occaxione faciendi circham de Melegniano ad Landrianum recepisse et habuisse a^b domino Bonifacio de la Porta, qui solvit pro terris que sunt^c in loco Ovari plebis de Locate; solvit pro perticis CCII libras tres et solidos septem et denarios quatuor et medium quat, omni ocaxione remota.

15

Ego Guido Collionus notarius ad exigendum dictos denarios subscripsi.

^a per in A. ^b Segue parola cancellata e a ripetuto. ^c sut in A.

DLIX.

1292 luglio 23, mercoledì

20

Alla presenza di Francesco de Fontana giudice e assessore del podestà di Milano Pasino de Merate servitore del comune riferisce di essersi recato nel luogo di Osnago per ordinare ai rappresentanti del comune di consegnare alla chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano la decima fatta sequestrare ai fratelli Anrico, Pagano e Manfredo detto Burla, figli di Guglielmo Zoppo di Cernusco, debitori della chiesa.

25

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 13 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche* . . . , in ACME, 1959, fasc. I-III, p. 94.

MCCLXXXII, die mercurii XXIII die iulii. Coram domino Francischo de Fontana iudice et assessore potestatis Mediolani retulit et dixit Paxinus de Merate servitor comunis Mediolani se, de mandato suprascripti assessoris ad petitionem Alberti Spitiari sindici domini prepoixiti et capituli ecclesie Sancti Georgi in Palatio, nomine et vice illius domini prepoixiti et capituli illius ecclesie, precepisse die dominico proxime preterito ex parte suprascripti iudicis ad suprascriptam petitionem Iacobo (et) Nado fratres^a de loco Ossenago, Marchixio, Tealdo (et) Berne fratres^a de Ossenago, Belzufe de Bernadigio, Buzio de Zividi, Perrollo de Ottazio, Ynsengro^a de Agata, Marchixio Corallo, Am-

30

35

brosio de Carnate, Muzolio de Rugeria, Simono de Rossa, Prando de Zividi, Zanello de Puteo, Stefano de Bochino, Guidoni Cavallerio, Bello de Puteo, Guidollo de Grappa, Capelino Barberio, Oliverio de Contra, Bello de Puteo, Ardigolio de Montebello, Anrico Magistro, Berrete de Bochino, Rugerio de Rozanello, Guilielmo de Calgo, Arnaldo de Monte, Lafrancho de Viola, Guilielmo qui dicitur Mochamus, Cerrudo de Monte, Berrete de Opreno, omnibus de loco Ossenago, eorum nomine et nomine comunis illius loci, ut per sacramentum et in banno de libris C tertiorum comuni illius loci et de libris L tertiorum cuilibet de predictis deberent dare et consignare coram suprascripto iudice vel predicto domino preposito et capitulo dicte ecclesie totam illam decimam quam facere debent et tenentur dominis Anrico, Pagano et Maifredo qui dicitur Burla, fratribus, filiis quondam ser Guilielmi Zoppi de Cixinusgio, debitoribus et bannitis illius domini prepositi et capituli suprascripte ecclesie; et que decima fuit contestata penes eos et illud comune per suprascriptum servitorem de precepto domini Montis de Picolinis iudicis et assessoris potestatis Mediolani ad suprascriptam petitionem; et dixit dedit eis terminum si in aliquo vollebant contradicere die martis XXII die iulii.

Ego Ubertinus de Gisulfis notarius palatii comunis Mediolani subscripsi et in quaterno Martini de Madiis positum est.

^a Così in B.

DLX.

20 1292 luglio 23, mercoledì

Per ordine di Francesco de Fontana giudice e assessore del podestà di Milano alcuni abitanti di Osnago vengono multati per non aver consegnato all'assessore o al procuratore della chiesa di S. Giorgio in Palazzo di Milano la decima già dovuta ai fratelli Anrico, Pagano e Manfredetto detto Burla del fu Guglielmo Zoppo di Cernusco debitori, e tenuta sotto sequestro.

Grida fatta dal servitore del comune Graziolio de Aplano.

Copia autentica del 7 agosto in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Giorgio in Palazzo, cart. 419, 188h, n. 14 (B).

Reg.: A. GRECO, *Note storiche* ..., in ACME, 1959, fasc. I-III, p. 94.

30 MCCLXXXII, die mercurii XXIII die iulii, indictione quinta. Quoniam Iacobus (et) Nodus fratres de Ossenago, Bozius de Zividi, Balzufus de Bernadigio, Arnoldus de Monte, Ottobellus de Castello, Perrollus Ottazius, Guilielmus qui dicitur Mochamus, Marchixius Corallus, Ambrosius de Carnate, Cerrudus de Monte, Simonus de Rossa, Prandus de Zividi, Marchixius (et) Teoldus (et) Berna fratres de Ossenago, Stefanus de Bochino, Guido Cavalerius, Guidollus de Grappa, Capelinus Barberius, Bellus de Puteo, Ardigolius de Montebello, Ysengrus de Agata, Berrera de Bochino, Rugerius de Rozanello, Muzolius de Rugera, Zanelius de Puteo, Bellus de Puteo, Oliverius de Contra, Anricus Magister, Guilielmus^a de Calgo, Lafranchus de Viola, Bereta de Opreno, omnes de loco Ossenago, non duserunt^b et non consignaverunt coram domino Francischo de Fontana assessore potestatis Mediolani^c seu Alberto Spiciario sindaco domini prepositi et capituli ecclesie Sancti Georgi in Palatio nomine et vice illius domini prepositi et capituli totam^d illam decimam de qua tenentur dare dominis Anrico, Pagano et

Maifredo qui dicitur Burla, fratribus, filiis et heredibus quondam ser Guilielmi^c Zoppi de Cixinusgio, debitoribus et bannitis illius domini prepositi et capituli, que contestata fuit penes eos et illud comune^f per Paxinum de Merate servitorem comunis Mediolani ad petitionem suprascripti domini prepositi et capituli de precepto domini Montis de Picolinis iudicis et assessoris potestatis Mediolani, secundum quod preceptum fuit eis et cuilibet eorum, eorum nomine et nomine comunis illius loci, per suprascriptum servitorem de precepto suprascripti assessoris ad suprascriptam petitionem; et ea occasione requisiti fuerunt per suprascriptum servitorem ut dictam decimam consignarent aut venirent coram suprascripto iudice ad se defendendum, et non venerunt nec aliquis pro eis, a die martis in antea in banno de libris C tertiorum comuni illius loci et de libris L tertiorum cuilibet de predictis parabola suprascripti iudicis. Cridatum per Gratiolum de Aplano servitorem comunis Mediolani.

Ego Rolandus de Rolandis notarius ad banna palacii comunis Mediolani suprascriptis M et indictione, die iovis VII mensis augusti subscripsi.

^a Guillus senza segno abbreviativo. ^b Così in B. ^c assessore-Mediolani nell'interlinea. ^d tota-
tam in B. ^e Guilli senza segno abbreviativo. ^f coe senza segno abbreviativo.

DLXI.

1292 agosto 17, domenica, Trognano

Pietro Pativoldo servitore del comune di Milano, su mandato di Guglielmo de Beria giudice e assessore del capitano del popolo a seguire petizione dell'ospedale del Brolo di Milano, si reca nel luogo di Trognano per ordinare la determinazione e la consegna delle terre già di proprietà di Onrico Belvasio e ora del detto ospedale.

Copia coeva, di mano di «Bregonzinus Gambaloyta not. civ. M. p. R.», in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Chiaravalle, cart. 564, n. 654 (B). Copia del principio del sec. XIX in Biblioteca Braidense in Milano, Mss. Bonomi, AE XV, 50, p. 110, n. 1158 (C).

L'atto è scorretto.

In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, die dominico decimo septimo mensis augusti, indictione quinta. Cum Petrus Pa[tivoldus] servitor comunis Mediolani, mandato domini Guilielmi de Beria iudicis et assessoris domini Mafei Vicecomitis capitanei populi Mediolani ad petitionem domini fratris Pagani de Castello magistri hospitallis Brolii Mediolani erogarii bonorum relictorum a quondam Honrico Belvaxio civitatis Mediolani, nomine et ad partem et utilitatem dicte erogarie, et^f ivisse ad locum de Trogiano una cum fratre Abram de Merate hospitallis Brolii et precepisse Zanino Polvalli et Petro de Gambaxio qui stant in eo loco anzianis et [vicinis] dicti loci, in publica viciniantia dicti loci convocata et congregata pro hoc spetiali negotio explicando, eorum nomine et nomine illius comunis, et illi comuni tam nobillium quam vicinorum in publica viciniantia, ubi erat maior pars vicinorum dicti loci, ut per sacramentum et sub penna^a et banno librarum quinquecentum tertiorum dicto comuni et de libris ducentis tertiorum cuilibet consuli et officiali et de libris centum tertiorum cuilibet singulari persone deberent illi servitori et dicto fratri Abramo predicto nomine designare et demonstrare et parificare omnia sedimina, vineas et terras et prata et buschos et omnes alias res et possessiones iacentes in eo territorio et in

territorio loci de Landriano, que fuerunt dicti quondam Honrici Belvaxii et que modo pertinent illi domino magistro nomine illius erogarie. Ipsi anziani et vicini et tota viciniantia, videntes et cognoscentes quod ipsi Zaninus et Petrus melius scire debent illas possessiones quam alii de illo loco, elligerunt¹ illum Zaninum et Petrum ad illam consignationem, parificationem et demonstrationem faciendam et eos posuere² ut consignationem et parificationem facerent bona fide sine fraude, remotis odio et spetiali proficuo et dampno; et ipsi Zaninus et Petrus, prestito ab eis sacramento de illa consignatione et parificatione et demonstratione facienda, bona fide sine fraude iverunt cum eis servitore et fratre Abramo et eis consignaverunt et parificaverunt et demonstraverunt infrascriptas terras et possessiones pro terris et possessionibus que fuerunt predicti quondam Honrici Belvaxii et que per eum vel per alium eius nomine tenebantur et possidebantur pro terris et possessionibus que modo pertinent et spectant illi erogataro, in presentia infrascriptorum testium, videlicet Ventii de Garbagniate civitatis Mediolani, porte Romane, et Alberti filii quondam Zuchonis Pulvalis et Alberti filii quondam Marchixii de Ecclesia et Inblavadi filii quondam Obizonis de Baxilicapetri qui modo stat in loco Turrevegia, testium ad hoc rogatorum. Et item ille servitor mandato dicti assessoris in presentia suprascriptorum testium possuit et induxit ipsum fratrem Abram predicto modo et nomine in vacuam et expeditam possessionem et tenutam illarum terrarum et sediminis et ipsum manutenuit et deffendit in ea possessione et tenuta et detemptatione, nemine contradicente, cum terra et lignis illarum terrarum et sediminis. In primis consignaverunt petiam unam campi iacentem in territorio loci de Landriano, ubi dicitur ad Grateram sive ad Guastam, cui choeret a mane vel fuit ser Obizonis de Baxilicapetri, a meridie de Horembellis, a sero Buzii Pulvalis, a monte illorum de Landriano, et est pertice sexaginta vel id circa, et modo est zerbum; item petiam I terre, que fuit vinea et iacet ubi dicitur ad Feriolum, cui choeret a mane illorum de Madiis et in parte illorum de Baxilicapetri, a meridie fuit Honrici Belvaxii, a sero via, a monte de Horembellis, et est pertice viginti octo et tabulle tredecim vel id circa; item petiam unam terre iacentem ubi dicitur ad Ferriolum, et choeret a mane via, a meridie ser Castelli de Madiis, a sero et a monte heredis ser Lantelmi de Landriano, et est pertice viginti quatuor vel id circa; petiam I campi ubi dicitur ad Campum Petri Mutti, et choeret a mane ser Imblavadi de Vigonzono et a monte et a sero consuevit esse Ambrosi Pulvalis et a meridie circa, est pertice duodecim vel id circa, et laboratur per Zucha³ de Baxilicapetri; item petiam unam terre iacentem in territorio loci de Turrevegia, ubi dicitur Post Buschum, ad Rovoredum, et choeret a mane et a meridie et a sero consuevit esse ser Ambrosi Pulvalis et a monte buschus illorum de Landriano, et est pertice quatuordecim vel circa; petiam I terre iacentem ubi dicitur in Mollandino Arso, cui choeret a mane Buzii Pulvalis et a meridie ecclesie de Turrevegie⁴ et a sero via, a monte Ambrosi Pulvalis, et est pertice decem vel id circa; item petiam I terre ubi dicitur in Via de Sancto Ambrosio, et choeret a mane fuit de Rogiatis et a meridie et a monte via, a sero ecclesie de Landriano, et est pertice decem octo vel id circa, et fuit laborata⁵ per predictum Zucham, et habet in ea sicallem; item petiam unam terre ubi dicitur in Straellam⁶, et choeret a mane via et a meridie heredis ser Vicecomitis de Baxilicapetri, a sero ser Pauli de Vigonzono⁷, a monte fuit Iohannis de Rizollo, et est pertice quindecim vel id circa; item petiam unam ubi dicitur in Via de Vigonzono, a mane de Pasqualibus, a meridie Buzii Polvalis⁸, a sero via, a monte fuit de Scruzatis, et est pertice quatuor vel id circa, et laboratur per Ventium de Garbagniate; item petiam unam terre ubi dicitur in Prato Ranzano, et choeret a mane ser Arderici de Baxilicapetri et a monte fuit Belladi Scruzati, a sero fuit Iohannis de Ruzollo⁹, a monte via, et est pertice quinque vel id circa; item petiam unam ubi dicitur in Albaredo, cui choeret a mane ser Obizi de Baxilicapetri et a meridie de Horem-